

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Defectus in Missa occurrentes**

**[Speyer], um 1483**

[urn:nbn:de:bsz:31-86579](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-86579)



Zv 77<sup>x</sup>

AN 711 - AN 718

H. f. ii 536.

H. 1554i. b. Eickstadt. Mich. Pieyser.

H. 6776.

c. 1489-90.


H. 14516


H. 6072.

H. 4150.

H. 6611.

H. 11740.





4  
De defectibus occurrentibus in Missa.



**R**egula dirigens missarū celebratores. ut caueāt a defectibus piculis & disturbijs in missa contingentibus. & ut sup̄ eis remedium apponat. **P**rimo at̄ dicendum est de defe-

ctibus. **S**ecundo de perturbacōibus & scandalis missas celebratib⁹. interdum occurrentibus & que remedia congrue & ordinate ponantur.

**D**efectus vero missę sunt quando requisiti ad missę celebrationem deficiūt. **I**sti at̄ defectus contingunt. aut ex pte sacramenti aut ex pte ministri. aut ex parte ministerij. **E**t q̄ in sacramento requirit̄ panis tritice⁹. vinū de vite. & aq̄ natural̄. **E**t hec sunt ex pte materie. **E**x pte x̄p̄ forme. requirūt̄ x̄ba cōsecracōis & intencio cōsecratis. **I**n ministro at̄ requiritur exteri⁹ debitū vestimētum. **E**t in corpore ieiuniū & disposicio mētis & anime. **E**t in ministerio requiritur q̄ missa cōpleat̄ scz q̄ sacrificiū sit cōpletum & pfectum. **E**t q̄ sacerdos sumat sacrificiū cōmunicando. vnde de hijs dicēdū est p ordinem.

**P**rimo de defectu Panis.  
Citius sciendū est primo. q̄ deficiens

fermento grauiter peccat . quia facit con-  
tra statutum ⁊ cōsuetudinem ecclesie **S**i ve-  
ro cōficiat in pane q̄ inficitur similiter ḡui-  
ter peccat cōficiendo in azimo corrupto ⁊  
infecto propter irreuerēciam sacramenti tā-  
tū talis panis si cōficiat<sup>r</sup> sacramētum est . **S**i  
si panis sit corruptus itaqz q̄ in eo defice-  
ret species panis non potest cōfici hoc est  
p̄ verbi sacramenti nō cōficitur ex eo cor-  
pus xp̄i . ⁊ q̄ species maneat potest cognō-  
sci ad hoc q̄ continuacio non est soluta nec  
alia necessaria ablata . **Hec Tho . ⁊ Albert<sup>o</sup>**  
**I**tem si grana alterius generis fuit admix-  
ta tritico in tanta q̄ntitate q̄ aliā speciem  
faciant siue q̄ medium cōstituant nō potest  
ex eo cōfici sacramētum tñ ex modica q̄nti-  
tate non impeditur .

**S**i panis sit de aqua rosacea defectus du-  
bitatur inter doctores . ⁊ san . **Tho .** dicit  
esse pbabili<sup>o</sup> . q̄ nō potest cōfici .

**S**i sacerdos infra missam ante cōsecratio-  
nem aduertit hostiā nō esse triticeā . v̄l esse  
corruptam remota illa hostia . aliam ponat  
⁊ a canone reimpiat **S**i vero post consecra-  
cionem h<sup>o</sup> aduertit . idem faciat ponēdo  
aliā hostiā ⁊ eam sumat nichilominus illam  
primā sumat . aut alijs sumendū tradat . vel  
eam reuerent<sup>r</sup> seruet super quod quidā di-  
cunt . q̄ reimpiat a canone . san . **Tho .** ta-  
men dicit . in simili casu esse reimpiendū tā-  
tū a verbis cōsecracōis . vt habebis infra .

si sacerdos aduertit dictum defectum ho-  
stie postq̄ sumpsit . licet in isto variant  
doctores . tamen sanctus **Thomas** tenet in  
tercia parte q̄ debet aliam ponere hostiã  
& cõsecrare & sumere quia preceptum de p-  
fectione sacramenti maioris est ponderis  
quam quod a ieiunis sumatur . **Ver** id aut̄  
dicit **Petrus** . si sacerdos infra missam ad-  
uertat hostiam nõ esse triticeam vel esse cor-  
ruptam . patet quid agendum sit . si nulla  
hostia fuerit posita vel si fuerit perdita per  
id quod dicit sanctus **Thomas** aduertat de  
defectu hostie per eius enim sumpcionem  
potest hoc intelligi . si aduertat etiã post  
sumpcionem sanguinis . rursus ponat nouũ  
panem & nouũ uinum & consecret atq; pro-  
sequatur & sumat ne sacramentũ remaneat  
imperfectum quod magis expresse appare-  
bit infra . ubi dicitur de defectu uini . et  
ponentur magis expresse uerba ipsius sanc-  
ti **Thome** .

#### **De defectu uini.**

**S**ciendum est q̄ si uinũ omnino est ace-  
tum non potest confici de eo sanguis cæsti  
quia uinum differt ab aceto sicut uiuum a  
mortuo secundum philosophum sed si uinũ  
fit in uia quasi acescendi . idem est iudicium  
q̄ de pane qui est in uia ad corruptionem  
id est quod potest confici tamen huiusmo-  
di conficiens grauiter peccat propter irze



uerenciam sacramenti . Et **Albertus** dicit  
q̄ vinum putridū tantū q̄ perdit vini natu  
ram potest confici tamen huiusmodi confi  
ciens grauit̄ peccat . vt dictum est de vi  
no multum pomico siue acio ⁊ musco vnde  
potest confici zc̄ . Nec tamen cōficiendum  
est de multū recenti propter impuritatem  
in hoc **Tho.** ⁊ **Petrus.**

**I**tem sciendū est q̄ in vinū quod conficis  
tur non debet appom̄ aqua rosacea vl̄ alia  
artificialis aqua si tñ apponentur in tam  
modica quantitate quod in vinum conuers  
teretur conficeretur . hec **Thomas** ⁊ **Petrus** .

**I**tem si sacerdos post consecracionē cor  
poris vel immediate ante consecracionem  
sanguinis percipiat aut vinum non esse aut  
aquā debet statim apponere . Si vero post  
ōnia verba consecracionis percipiat q̄ vi  
num non fuerit positum . si quidem hoc per  
cipiat ante consecracionem corporis debz  
deposita aqua si ibi fuerit in calice ponere  
vinum deinde aquam ⁊ resumere nouam cō  
secracionem sanguinis . Si vero percipiat  
hoc post cōsecracionem corporis debet ali  
am hostiam simul cum sanguine consecrare  
iterū . ⁊ in fine sumere hostiam iterum con  
secratā ⁊ sanguinem . nouos stante etiam si  
prius sumperit aquam que erat in calice  
quia preceptum de perfectione sacramenti  
maioris est pōderis q̄ preceptum q̄ hoc sa

eramentum a ieiunio sumatur. **P**redictus  
san. **Tho.** ex predictis verbis demonstrat  
illa duo que supradicta sunt cum defectu pa  
nis ut dictum est supra. **D**icit etiam san. **Tho**  
mas. qd non sufficit sacerdoti solum hostiam  
summere. sed etiam sanguinem ne imperfectum  
remaneat sacramentum. **S**i vero aliquis conse  
craret et sumeret et post sumpcionem sangui  
nis agnosceret qd hostia non esset triticea vel  
esset corrupta. **I**n isto casu dicit san. **Tho.**  
etiam si solum sit ieiunium qd repetendum est  
sacramentum ut sit integrum. **E**t cum missa ce  
lebritas terminetur benedictione sacerdo  
tis. ut dicitur infra. **N**on ita iudicandum  
est de defectibus missae ante benedictionem  
sacerdotis. cum adhuc fiet officium missae qd  
post benedictionem quicquid fieret magis  
videtur excusatio missae quam reparatio defectus.

**I**tem ex verbis sancti **Thome** immediate  
supradictis apparet qd in reparacione sacra  
menti imperfecti sufficiat resumere a verbis con  
secracionis. verumtamen sunt ordinate repa  
randa quia ut dicitur. vij. q. i. perfecta non  
possunt dici sacramenta que perfectum non  
habent ordinem. **E**t sanctus **Thomas** qd in  
ane est sacrificandum. si non hoc perficiatur  
sacramentum. unde concilium **Tolletanum**  
tulit sententiam excommunicationis in eos qui  
cum possunt non perficiunt istud sacramentum. ut  
supra. in loco decreti immediate allegati.

### De defectu aque.

**S**i sacerdos precipiat aquam non fuisse positam in vno ante consecrationem sanguinis ponat. et dicat verba consecrationis si autem percipiat post consecrationem sanguinis nullomodo debet postea aquam apponere quia non est de necessitate sacramenti in aliqua parte. si quis tamen ante consecrationem scienter dimitteret appositionem aquae grauiter peccaret et ageret contra salutem ecclesie. quia dominum apposuisse creditur. non autem sufficit quod aqua apponatur quando vinum adhuc est in dolio quia hoc non significaret aliquid sed oportet quod immediate oblatione apponatur sacramentum.

### De defectu forme.

**D**eo noticia forme sciendum est quod **A**mbrusius in libro sacramentorum dicit. quod hoc sacramentum conficitur in verbis et sermonibus christi. ex predictis concludit sanctus **T**homas. quod forma consecrationis huius sacramenti hec est. hoc est enim corpus meum hic est enim calix sanguinis mei novi et veteris testamenti misterium fidei. qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. illa vero verba accipite et manducate. pertinent ad usum consecrationis. similiter illa verba hec quocumque

feceritis in mei memoriã . facietis ptinent  
ad usum hui⁹ sacramenti . quia usus nõ est  
de necessitate sacrameti . vt dicit san. **Tho** .  
**I**tem cõiunctio enim non est de substantia  
forme tamen dici debet . secundum usum ⁊  
consuetudinem ecclesie Romane . q̄ usus a  
beato **Petro** iniciu sumpfit . etiam beat⁹  
**Tho** . dicit . si p̄dicte forme mutantur ni-  
chil conficitur . s̄ si verba viderentur idem  
significare nõ mutarent nec errorem indu-  
cerent . magnum tñ foret peccatũ h̄mõĩ cõ-  
fice⁹ s̄m **Albertũ** . dicit autem sanct⁹ **Tho**  
**mas** q̄ forma predicta cum pronomine de-  
monstratiuo ostendit q̄ materia consecrã-  
da debz esse coram sacerdote . vnde existẽs  
in domo sua nõ p̄t consecrare panem . qui est  
in armatorio aut etiam in foro vel vñũ qd̄  
est in cellario s̄ q̄ntacũqz fit q̄ntitas panis  
⁊ vini q̄ coram sacerdote ponuntur . potest  
ab ip̄o consecrari . sanctus etiam **Thomas**  
dicit . q̄ si sacerdos nõ recordetur se dixisse  
que in consecracione cõmuniter dicunt⁹ nõ  
debet ex hoc turbari nõ enim ommũ reco-  
lit . qui multa dicit . si tamen sacerdoti p̄ba-  
biliter cõstet se aliq̄ obmisisse q̄ nõ sunt de  
necessitate sacramti nõ dz resumere mutan-  
do ordinem sacrificij s̄ dz ulterij⁹ p̄cedere . si  
võ certificetur se omisisse aliqd̄ eorũ q̄ sunt  
de necessitate sacramenti . scilicet formam  
consecracionis debet resumere ipsa forma etiã  
p̄ ordinem .

**De defectu intencionis ministri .**

**N**on solum necessaria sunt ad conficiendum predicta verba . sed etiã requiritur intencio . qz scdm Augustinũ in sacramtis sine intencione nichil intelligitur vel agitur . **V**n de san . **T**homas dicit . q ad pfectionem sacramenti requiritur intencio ministri que se subiciat principali agenti . scilicet q intẽ dat faceze q xp̄us facit in ecclesia . ⁊ dicit q nõ est necessaria intencio actualis s̄ sufficit habitualis vt cõficiatur puta si cum sacerdos accedat ad altare ad celebrandum intendit faceze quod facit ecclesia si postea suspendat̄ ei⁹ intẽ p aliã occupationem . si ue occurrentem cogitationem nichilominus perficitur sacramentum ex virtute intencionis propositæ . tamen studiose curare debet . minister sacramti vt etiã actualẽ adhibeat intencionem . ⁊ dicit q cum aliq nõ intendit sacramentum proficere sed desulsozie aliqd agere talis pueritas tollit virtutem consecrãdi ⁊ virtutem sacramenti p̄cipue quãdo intencionem exteri⁹ manifestat . si autem intencio ministri peruertatur quantum ad id quod sequitur sacramentũ puta si sacerdos intenderet conficere corpus cristi vt eo aduentura vel ad exteriora vteretur vt prius non a posteriori talis intencionis pueritas veritatem sacramenti nõ tollit . sed minister ex tali intencione

grauitez peccat. dicit enim **Alberfus** q̄ si  
alique hostie ex obliuione remaneant in al-  
tari aut aliqua pars vini ⁊ sacerdos confi-  
cit solum illa sacramenta quia de eis non  
intendit.

**Durandus** autem posuit casum . si sacer-  
dos habeat coram se . duodecim hostias  
et intendit consecrare decem quero quot  
sunt consecrate . Respondet autem disting-  
uendo q̄ hoc potest primo duobus modis  
intelligi . Vno modo q̄ numerus sit solum  
in opinione ⁊ non in intencione . intencio  
autem sit quitquid sit coram se consecrare  
verbi gracia .

**Si** quis habeat consecrare . ⁊ coram se  
habeat duodecim hostias . ⁊ oppinatur esse  
decem ipse vero intendit consecrare quis  
quid est coram se patet q̄ eius opinio fer-  
tur ad intencionem ⁊ eius intencio non fer-  
tur ad numerum quia effectus consecratio-  
nis sequitur intencionem ⁊ non opinionem  
⁊ sic omnes sunt consecrate . **Alio** modo  
potest intelligi predictus casus quando  
dicitur habet coram se undecim hostias ⁊ in-  
tendit consecrare decem ⁊ nō opinio s̄ intencio  
fertur ad numerum ita scilicet . q̄ non velit  
plusq̄ decem . sed tantum decem consecra-  
re tūc in tali casu predictus doctor secun-  
dum intencionem suam dicit . q̄ hoc duobus  
modis contingere potest uno modo q̄ sciat

veritatem numeri scilicet q̄ hostie sunt vnde  
decim ⁊ ex ipsa decem tantum consecrare  
intendit . aut decem hostias distinguit q̄s  
intēdit ⁊secrare ab vndecim qz iā intendit  
⁊secrare patet ille decē tm̄ sunt cōsecrate .  
de quibus intendit . ⁊ vndecima quam non  
intendit nō est cōsecrata . aut sacerdos sci  
at esse vndecim ⁊ intendit cōsecrare decem  
nō distinguendo vel determinando quas de  
cem intendit ⁊ qz vndecimā consecrare nō  
intendit ⁊ sic nulla est cōsecrata . si intē  
dendo ex illis vndecim decem tantū con  
secrare aliquam determinacōem ex ipsis nō  
faciat . Et cum isto dicto satis concordat  
san . **Thomas** in tertia parte . q . lxxiij . ubi  
dicit q̄ minister sacramentorum est sicut in  
strumentum principalis agentis scilz xp̄i  
⁊ ecclesie . ⁊ cum tale instrumentum habeat  
cognitionem . requiritur q̄ p̄ intencionem  
se determinet ad opus principalis agentis  
producendū . idem sequitur ubi non deter  
minat se scilicet q̄ nichil operatur . si x̄o sa  
cerdos ignoret veritatem numeri hostiarū  
⁊ intendit decem hostias tantum ⁊secrare  
dicit **Durandus** q̄ eodem modo distinguen  
dum est . utrum determinet se . ⁊ quas decē  
intendit vel q̄ non determinet . ⁊ respōden  
dū est sicut in casu immediate precedente  
s̄ cum dubitatur de numero . respondetur  
hoc posse cōtingere q̄ decem hostias vide  
at extensas ⁊ vna ibi lateat . ipse enim in

tendit omnes quas videt ⁊ nullam aliam  
cōsecrare vel potest esse . q̄ decem esse po-  
ssunt ⁊ una erat ibi quam nesciuit ⁊ omnes  
alie sunt consecrate . **S**i autem unam plus  
ipse posuerit q̄ credidit vel alius undecim  
posuerit ⁊ ipse mandauit pom decem ⁊ non  
intendit consecrare nisi decem tantum tunc  
nō est determinata eius intencio ⁊ sicut su-  
pradictum est nulla est cōsecrata .

**De defectu vestimentorum .**

**S**ciendum est . q̄ s̄m sanctum Thomā ⁊  
Albertum ⁊ omnes doctores theologos si  
obmittatur aliquod de hijs . que ad ritum  
celebracionis p̄tinent . quilibet obmittens  
aliquod tale puta tempus debitum altare  
vestes ⁊ huiusmodi grauit' peccat . nichil-  
omin' consecrat . si est ordinatus ⁊ assit ei  
intencio ⁊ debita materia ⁊ debita forma  
cum intencione ⁊ ordo in conficiendo . q̄d  
quid horum quatuor deficiat . nō confici-  
tur sacramentum . ex hijs vero quatuor q̄  
vulscunq; alijs deficientibus veritas adest  
sacramenti .

**S**ecundum Hostiensem sufficit q̄ vnus  
sit p̄sens in missa qui sacerdoti responde-  
at q̄uis de consecracione dicatur q̄ duo re-  
quirūtur .

**M**ulier in missa ministrare non potest . **E**tia  
sine lumine nō debet aliquis ministrare . ex  
de celebracōe missarum . c . ex parte . 2c .



**¶** De defectibus dispositionis corporis.

**¶** In concilio tolletano factum fuit preceptum sacerdotibus quod nullus sacerdos post potum cibumque quantumque minimū sumptū missam celebrare presumat et glo. ibidem dicitur quod intelligitur de cibo vel potu post mediam noctem sumpto quia in media nocte incipit dies secundū ecclesiā. et nos videmus esse verum quia tunc incipitur officium diei scilicet matutinū quasi pertineat ad clauem illius diei velut incium.

Dicit etiam sanctus Thomas post sumptionem aque vel alterius potus in quantumque parua quantitate non licet communicare dummodo sumatur per modum cibi vel potus remanentis in ore. sed si casualiter transfundatur non impedit communicationem quia per modum cibi non accipitur sed per modum salivae que vitari non potest. si autem ante mediam noctem fit assumptus cibus vel potus potest communicare nec refert utrum dormierit vel utrum cibus sit digestus quantum ad rationem precepti refert tamen quantum ad turbacionem mentis. in hoc quod tollitur deuotio.

**¶** De Inmundicia corporali.

**¶** Dicit sanctus Thomas quod cum iste cibus non est corporis sed mentis. ideo in eius sumptione magis est consideranda dispositio mentis quam corporis. Et ideo dicitur quod si immundus

cia corporal sit perpetua siue diuturna nō  
est abstinendum a cōmunionē . in mente tñ  
laudabile foret abstinere pro modico tem  
pore .

**¶** De defectu dispositionis anime .

**¶** Interdictus suspensus excommunicatus  
etiam iniuste cōmunicare non debet quia in  
talibus est defectus rei significate scilicet  
defectus virtutis corporis mystici .

**¶** Item quicūq; enim cum consciencia pecca  
ti mortalis ad communionem accedit mor  
taliter peccat . vide ad canonem . xj . q . mā  
ducat ⁊ bibit indigne iudiciū sibi . 2c .

**¶** Item nō sufficit ei qui cōmunicare inten  
dit q; sit solū contritus ymo si habeat co  
pnam sacerdotis tenetur confiteri . tamen  
si immineat necessitas comunicandi vel ce  
lebriandi puta quia timetur scandalū popu  
li . vel inceptum est misterium sacramenti  
vel aliquis infirmus loquelā amittit ⁊ est  
in proposito cōfitendi minister nō peccat  
quam citius potest cōmunicando vel alias  
ministrando si primo non possit confiteri . h<sup>o</sup>  
**Petrus . ⁊ Albertus Sanctus Thomas**  
dicit q; si aliquis cum consciencia peccati  
mortalis accedat ad altare nō solū peccat  
mortaliter propter cōmunionem sed etiam  
quia exercet actus ordinis insufficient' cū  
sola contricōne siue confessione ut dictum  
est .

In nullo autem casu potest aliquis celebra-  
re vel cōmunionem recipere sine cōtriciōne  
quā mortaliter peccet .

### **De Pollutione .**

**P**ollucio in sompnijs impedit ordinem  
quando causata est a cogitacione prece-  
denti que fuit peccatum mortale . abstinē-  
dum est ergo nisi necessitas requirat q̄ celes-  
bret siue cōmunicet . si vero certum est q̄ in  
precedēti cogitacione nō fuerit peccatum  
mortale vel si nulla cogitacio precesserit q̄  
causa pollucionis fuerit . cōmunicare po-  
test nisi pollucio tantum turbauerit men-  
tem ex cōmōtione corporis q̄ deuocionem  
habere nō possit . Et cum hoc fuerit . absti-  
nendum est p̄ viginti quatuor horas . hec in-  
quit sanctus Thomas .

**S**i sacerdos post consecracionem incep-  
tam recordetur se comedisse vel bibisse . ni-  
hilomin⁹ debet sacramētum perficere ⁊ su-  
mere . Et si recordetur se peccatum com-  
misisse debet penitere ⁊ dolere cum propo-  
sito confitendi ⁊ satisfaciendi ⁊ sic non in-  
digne s̄ fructuose potest sumere sacramētū .  
⁊ eadem ratio est si memineat se alicui ex cō-  
municacioni subiaceere . debet enim sumere  
propositum confitendi ⁊ absolucionem pe-  
tendi . ⁊ sic p̄ inuisibilem pontificem Ihm  
christum absolucionem cōsequitur quantum  
ad hunc actum . per quem agit diuina mis-  
ericordia .

stetia. si vero ante consecrationem alicuius  
predictorum memor sit tucius reputarem.  
maxime in casu excomunicacionis . suspens  
sionis . ⁊ interditi . ac manducacionis q̄  
missam inceptam desereret nisi timeret gra  
ue scandalum . hec sanctus Thomas.

**D**e defectibus missas celebra  
tibus interdum occurrentibus

**S**acerdos qui celebrat missam. debet sēs  
per sumere sacramentū integrum et dicit  
tur supra in rubrica de defectu panis ⁊ vi  
ni. quod debeat sumere patet. de consecra  
cione. di. ij. Relatum. aut em̄ tociens sus  
mat quociens celebrat quia ipsum sacrame  
tum in sumptione cōplemtum sue significa  
cionis accipit ⁊ intelligendum est nisi per  
violenciā impediatur vel per infirmitatem  
vel per mortē et h̄mōi . et si plures missas  
aliquis celebrat in vna die solū in vltima  
percipiat perfusionē . et non in precedentē  
quia tunc non esset ieiunus nec aliā missam  
celebrare posset extra de celebracione mis  
sarū. c. ex pte .

**E**x quo si sacerdos post consecrationem  
infirmitur ⁊ nō habetur alia hostia. nichil  
ominus debet alius sacerdos requiri . qui  
scilicet missā prosequat̄ ab infirmo nō cō  
pletā ⁊ hostiam debet diuide⁹ ⁊ vnā pte  
ipse sumere ⁊ aliam infirmo dare. h̄. f. Tho.

Quomodo autem missa cōpleatur ostendit  
supradictum capitulum. supradicti concilii  
dicens. Non enim aliud competit ad sū-  
plementū iniciatis misterijs q̄. aut incipien-  
tis aut subsequēntis fuit benedictione cō-  
pleta sacerdotis ⁊ adhec obligatur sacer-  
dos. **V**ltērius ostenditur in eodem capitu-  
lo inferius ubi dicitur. **N**ullus absq̄ pa-  
tenti p̄ouentu molestie ministeꝝ vel sacer-  
dos cum ceperit imperfecta officia p̄elus-  
mat omnino relinqueꝝ **S**i quis autem hoc  
temerarie p̄sumpserit excomunicacionis  
sentencie subiacebit.

**D**e perturbacionibus occurrenti-  
bus missam celebrantibus.

**P**ost tractatum de defectibus misse dis-  
cendū est de perturbacionibus interdum  
occurrentibus hijs qui missam celebrant.  
turbatur aut missa. aut propter scandalū  
sacram̄ti. aut propter scandalum sacerdo-  
tis. **S**candalum sacram̄ti est si cadat aut  
si vomitu p̄ociatur. **S**candalū sacerdotis  
est si summeꝝ nequeat. aut propter cōmis-  
sionē alicuius abbōiabilis vel periculi. aut  
propter apparicōem alicuius speciei q̄ non  
debet comedi vel portari.

**Q**uando cadit corpus calici.  
**S**i propt' frigus hostia labatur in calice

tem propter hoc non est necessarie aliquid  
retractari quia quod solū minima pars ho-  
stie mittatur in calice . hoc respicit corpus  
cristi mysticū . ideo pretermisso huius non  
facit imperfectionem sacramenti . **S**anctus  
**T**homas ex concilio Aurelianensi de con-  
secra. di. ij. dicit . Qui non benedixerit qui  
sacrificium perdidit in ecclesia aut pars  
eius ceciderit ⁊ nō inuenta fuerit triginta  
dies peniteat de pen. c. sequenti .

**¶** Quando cadit sanguis cristi .

**¶** Si per negligenciam aliquid de sangui-  
ne cristi ceciderit si quidem super terram  
vel tabulā que terre adhereat lingua labā-  
tur ⁊ tabula radatur si nō fuerit tabula lo-  
cus ipse radatur ⁊ cōburat⁹ cims vero iux-  
ta altare recondatur . ⁊ sacerdos q̄dragim-  
ta dies peniteat .

**¶** Si vero super lapidem altaris ceciderit  
sorbeat sacerdos stillam ⁊ tribus diebus  
peniteat .

**¶** Si super lintheum altaris ⁊ ad aliud p-  
uenerit sorbeat stilla . ⁊ quatuor dies pe-  
niteat sacerdos si usq; terciā puenerit . no-  
uem dies peniteat . si usq; ad quartā ⁊c .

**¶** Oredictis autē dieb⁹ debet sacerdos iei-  
iunare ⁊ a cōmunionē cessare . pensatis tñ  
odiciombus negocij ⁊ persone potest autē  
minui vel augeri penitencia predicta . hec  
sanct⁹ **T**homas **E**t idem intelligēdū est in

secundo casu ⁊ abluatur tribus diebus **I**n  
theamima que stilla tetigerunt calice sup:  
posito ⁊ aqua abluciois iuxta altare reco:  
datur de conse. dist. ij. **S**i per negligenciaz  
potest tamen sumi n<sup>o</sup> propter horrorem di:  
mittatur **A**blucio vero abscondatur ⁊ con:  
buratur ⁊ cinis in altari recondatur. hec  
sanctus **T**homas.

### **D**e vomitu Sacramenti.

**S**i quis eucharistiam euomeit. si laicus  
per ebrietatem euomeit quadraginta die:  
bus peniteat. clerici vero ⁊ monachi pre:  
spitezi dyacom ⁊ subdyacom. sexaginta di:  
ebus peniteant. **E**piscopus aut nonaginta  
**S**i vero causa infirmitatis euomerit. septē  
diebus peniteat de conse. di. ij. c. ij. si quis  
per ebrietatem. **E**t debet vomitus crema:  
ri ⁊ cinis iuxta altare recondi ut supradic:  
tum est hoc tamen obseruādū est q<sup>d</sup> ubicū  
q<sup>3</sup> species integre inueniantur sunt reueren:  
ter obseruande ⁊ sumende q<sup>3</sup> remanentib<sup>9</sup>  
specieb<sup>9</sup> remanet ibi corp<sup>9</sup> cristi.

**D**e musca vel aranea vel veneno  
mixto cum sanguine casti.

**S**i musca vel aranea in calicē ceciderit vel  
venenū mixtū fuerit. si sacerdos añ consecra:  
cionē h<sup>o</sup> deprehenderit d<sup>3</sup> calix ablui ⁊ aliud  
vinū consecradū apponi **S**i n<sup>o</sup> aliqd eor<sup>9</sup> p<sup>9</sup>

consecrationem euenerit debet animal ean-  
te capi ⁊ diligenter lauari ⁊ conburi ⁊ ab-  
lucio simul cum cineribus in saczarium mie-  
ti. Et quia si in uenenū ibidem esse dep̄hen-  
ditur nullomodo debz summi nec alteri da-  
re. ne calix uite vertatur in mortem sed dili-  
genter in vasculo conseruari debet. Et ne sa-  
cramentum remaneat impfectum debet ali-  
ud vinū apponi ⁊ sacerdos debet resumere  
cōsecrationem sanguinis ⁊ sacrificium p̄fi-  
cere. hoc intellige. si corpus nō sumplerit  
quia tūc aliter faciendum esset sicut supra-  
dictum est in rubrica de defectu panis ⁊ vi-  
ni scilicet. q̄ nouum panem apponat. Re-  
gula est autem q̄ nichil abhominabile sumi  
debet occasione huius sacramenti. de con-  
secra. di. ij. Si per negligenciam. hec san-  
ctus Thomas.

### **D**e Noua specie appazente.

**Q**uādo corpus cristi apparet in alia spe-  
cie q̄ in usu sacramenti. usus em̄ per man-  
ducacōem fieri solet. Quando scilicet appa-  
ret in specie pueri vel carnis cūentate vel  
simili modo nō habet racionem sumendi.  
nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod  
si om̄ibus appareat debet cum reliquis po-  
ni. Nec sanctus Thomas de Aquino doctor  
egregius. ⁊ Albertus.



**N**ota q̄ quorū supra nominati fuerunt  
nobilissimi & solēssimi theologie magistri  
sicut opera eorū demonstrant. & omēs fue-  
runt fratres p̄dicatores. **P**etrus supra alle-  
gatus fuit papa Innocencius quintus. **D**u-  
randus fuit episcopus Meldē. **E**t dicta  
istorū inueniuntur in scripturis eorū sup̄ q̄  
to libro sententiarū. **D**icta vero **A**lberti su-  
pra allegati sunt in libro quem cōposuit  
de officio sacerdotis. dicta autē sancti **T**ho-  
me sunt in tercia parte summe.

**S**tanowicz

nt  
tri  
ae  
lle  
Dus  
tä  
ger  
fa  
t.  
oo

